

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

25. Academiae

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

s substituantur  
s labombur  
sint? B. Quo  
nara statu  
ica tyrann  
udorem, & in  
e, si sit hond  
minum insig  
& asperitas  
d præsenſuſ  
tas subiō in  
terioris fac  
elior reipubl  
natica religio  
tre non tant  
rapinas, lies  
tem? A. Ve  
a. B. Imō ve  
stra, quibus  
à prophane  
ta facilitati  
ummos ca  
a repurgatio  
us deovo  
audet, nimia  
ta, vel hereti  
te u. Papuum  
imationem, B.  
orum fugata, A  
go Christianos  
licet; milie  
tum non credi  
tur

## 25. ACADEMIAE.

A. Q Votquot unquam in bonæ famæ auram  
subvolarunt, Dialectices & Rhetorices alis  
elevati mihi videntur. B. Duo optima, & duo pes  
sima nominasti. A Nomina cavillaris, ego inve  
niendi, & persuadendi veri artes intelligo. B. Spe  
ciose satis, sed nec alias volo. A. An veritati in  
fensus? B. Nequaquam, sed Lesbiz regula. A.  
Explicate. B. Scilicet suspectū id mihi est, quod  
relicta Christianā simplicitate, & Verbi Divini  
pōdere, utrumq; feliciter defendit, & falsū eadē  
facilitate persuadet. A. Itane de optimis artibus  
dubitabis? B. Evidē, & ita me. D. Lutherus docu  
it: nā ut veritas ibi variis distinctiunculis, & axio  
matibus eluditur, ita hīc verborum mole, & le  
nocinio obruitur. A. Atq veritatis indagationē,  
elocutionemque nemo unquam sanx mentis  
improbavit. B. Nec fiet etiam, illud solūm inte  
rest, quibus regulis vera veritas constet, quibus  
enuncietur formulis. A. Nempe Academicis:  
quis enim ea exactius possideat, quam quibus in  
ea omnis xtas absumitur. B. Confiteor hæc esse  
& Scholasticorum arma, quibus Christum, & sim  
plices suos impugnant, & incautæ plebi turpissi  
me imperitant. A. Tu Academiis maledices? B.  
Non facerem, nisi opinionum, vanitatum, pro  
fusionum, libidinum, sed & hærescon, hypocri  
seos, adulatioñis, loquacitatis, vertiginis pale  
stræ ut plurimum forent. A. Nulli bono locus?  
B. Imō quamplurimis: nam ad Nundinas has  
huma.

humanorum errorum, & exposita tot ingeniorū  
monstra optimi quiq; confluent, vel spectato-  
res, vel monitores, vel increpatores, etiam Chri-  
stianæ scientiæ vindices & conductores. Nam ut  
in foro ad luxum pleraque prostant, & superflui-  
tatem, in usum, & pro pietate etiam nonnulla, sic  
Academiz quantumvis Christo infensissimæ, &  
tota, ut plurimum, via adversæ libatos habent, &  
homines Christianæ veritatis assertores. A. Vbi  
ergo id discam, quod Christus exigit? B. Vbi vis  
felicius quam in talibus scholis. A. At monstrā-  
da erit, quam approbes. B. Quæ Sacrarum litera-  
rarum plurimum habeat, prophanarum parum.  
A. Hoc cœnobium, & non Academia. B. Sed & vos  
Academici estis non Christiani: nam si ex Chri-  
stiani regni usu metienda sunt, & estimanda stu-  
dia vestra, facilius Aristotelicum cœlum, aut A-  
cademicum extruetis, quam id quod Confesso-  
ribus & martyribus, Christi athletis debetur, im-  
petrabitis. A. Dandum est aliquid adolescentum  
Iusibus, & exercitiis. B. At vos cani, & edentuli, &  
lippientes & tremuli erotematibus vestris assi-  
detis. A. Docendi sunt pueri. B. Imo Molocho  
sacrificandi; nam iuventutis florem Aristoteles  
depascit, feces frustra Deo oblatas Sathan iure  
suo sibi sumit. A. Dum Mundus erit, erit & quod  
accusemus. B. O Hercules nobis aliquis oriatur  
qui hæc Augiæ stabula stercorosissimare purget.

## 26. EXCITATIO.

A. Voties illi viri boni in mentem veniunt,  
qui sub Papatus tyrannide, una cū emer-  
genie

Exc

ente tentare suffuso  
no, qui plane imme-  
re atque mundus  
d' religionis artiu-  
m fortiter inclama-  
tivincendus. B. A  
dam esse eum olim,  
a nobis tēporis.  
dig, ratio & evid-  
entia fuisse tanto  
operarunt contri-  
pium cogitabis  
veritas vel veritat-  
rum cū obrepere  
trivolare, deni-  
cicio quid minie-  
rēta aliqua ini-  
z, aut spes felici-  
taffulgeat, scie-  
tura quaq; iter  
quis animus, si  
nos tacitos etiam  
terram professio-  
ne eff. B. Atque ita  
nudus unius cred-  
hita cū in mai-  
stentius & sua ag-  
te prima model-  
lorum inter-  
nolam excelsior  
nominum. A. Ap-  
plicam D,